



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 11. Papa a Cardinale Mantuano hoc iter differre rogatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

speraret, quod eo facilius, quo vicini-
or Synodo adesset, emendationem
propositam perficere, ac omnia ad res
Christianæ Reipublicæ rite componen-
das media magis opportuna, atque
optatæ Ecclesiæ utilitati necessaria ad-
hibere posset. Ast id facilius impetrare
valuisset, si Synodus Bononiam trans-
ferri potuisset, hinc suspicandi locus est,
quod fors id quoque intenderit Ponti-
fex, qui hac de re etiam prævie Bo-
noniensem Senatam certiozem reddi
voluit.

§. XI.

*Papa a Cardinale Mantuano hoc iter
differre rogatus.*

Pallav. n. 4. Verum Cardinalis Mantuanus specie-
tenus quidem, ut ob Nepotem suum
ad purpuram promotum gratum exhiberet
animum, re tamen ipsa Episcopum Nolanum
eo fine ad summum Pontificem ablegabat,
ut eidem Roma excedere dissuaderet, quapropter
eidem significari iussit, quod minus consul-
tum esset ad Synodum venire, cum
ejus adventus nonnisi ad concitandos
novos tumultus conferre videretur: ut
proin satius esset, si de proximo ejus
adventu rumor spargeretur, nunquam
autem hoc iter aggredieretur, sed potius
Romæ eorum, quæ contingerent,
specta-

spectatorem ageret, nisi se multis fasti-
 diis exponere vellet: de cetero autem
 Cardinalis Mantuanus sua ex parte fe-
 dulo se exploraturum spondebat, quo
 inclinarent controversiæ a Patribus agi-
 tatae circa institutionem, ac residen-
 tiam Episcoporum, & quodnam demum
 susciperetur consilium de Cæsareis, Gal-
 licisque postulatis. His monitis cessit
 Pontifex, ac deinceps Romæ substitit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

§. XII.

Pontificis Monita ad Regem Hispaniæ, huiusque responsum.

Sub idem tempus Pius IV. Philippo II. Hispaniæ Regi significari iussit, quod
 de pluribus Regni ejus Præsulibus, qui
 Synodo assisterent, justam querendi
 causam haberet, eoquod hi hæreses
 eliminare, Ecclesiæ fidem stabilire, ac
 morum emendationem urgere adeo non
 sint solliciti, ut potius plures nullius
 frugis, imo & noxias excitare contro-
 versias intenti forent, atque inde non-
 nisi fomitem contentions inter Patres,
 & schismatis scintillas in Christiana Re-
 publica suscitarent, nec non Cæsareis
 sese junxissent, ut suam factionem ma-
 gis potentem redderent.

Pallav. n. 5.
 & 6.

His postea addidit, quod ad sedan-
 dos hosce tumultus necessarium foret,
 ut Rex Oratorem ad Synodum ablega-
 ret,